

# TABULA XII.

## DE PARTE.

<b>I. PARS INTEGRALIS</b> est, cuius quantitate quantitas totius constituitur, & est vel	<p><b>SIMILARIS</b>, qua est ejusdem rationis &amp; nominis cum aliis partibus sui totius, ut &amp; cum ipso toto: ut partes auri, aeris, aquæ marinæ.</p>
	<p><b>DISSIMILARIS</b>, que ab aliis partibus sui totius, ut &amp; ab ipso toto diverse rationis &amp; nominis est; ut partes corporis humani, sc. caro, cutis, ossa.</p>
	<p>* Ubi notandum, posse aliquid diversò respectu partem dissimilarem &amp; totum similare esse: sicut caro, comparatione corporis humani, pars dissimilaris est, quia non quælibet illius pars caro est, cum ossa &amp; cartilago quoque illius partes sunt. Sed &amp; totum similare est, respectu partium, ex quibus constat, siquidem quælibet pars carnis caro est.</p>
	<p>* Porro partium integralium alia repetita plectitur sive adequata totum, ut unitas quemlibet numerum, &amp; binarius reliquos numeros pares: Alia verò repetita, aut non attingit locum, aut excedit, ut ternarius respectu octonarii.</p>
<b>PARS</b> est quodlibet cor. que in Toto continetur, ut illa sint unum. Cum verò quatuor totius sint genera, & verò quot modis unum relatorum dicitur, totidem & alterum dici oporteat. Hinc Pars quoque quadruplicata.	<p style="text-align: right;">Materia</p> <p style="text-align: right;"><b>Physica</b>, ut { &amp;</p>
	<p style="text-align: right;">Forma.</p> <p style="text-align: right;"><b>Metaphysica</b>, vel Logica, ut { Genus &amp; Differentia.</p>
	<p><b>III. PARS SUBJECTIVA</b> toti universali respondet. Quemadmodum enim Universale idèò totum quoddam est, quia de pluribus prædicari potest. Ita pars subjectiva unum quodque eorum est, que Universali subjiciuntur. Ita omnia individua sunt partes sive speciei, &amp; tūm ipsa, tum species respectu generis.</p>
	<p><b>IV. Denique</b> quæ, ut <b>POTENTIA</b>, pars dicitur, nihil aliud est, quam operationi facultas &amp; principium, quatenus cum aliis facultatibus ac principiis diversarum operationum conjungitur, ac totum quidcumque constituit. Ita intellectus, voluntas, visus, auditus, vis altrix &amp; alia potentiae partes animæ nostræ sunt.</p>
	<p><b>V. Alii addunt</b> &amp; has Partis divisiones, nempe, Pars quoque est vel proxima vel remota. Ita pars proxima hominis, tanquam materia, est <b>corpus organicum</b>: &amp; quia homo vicissim ex eo constat, hominis quoque pars materialis remota datur. In Syllogismo termini sunt partes remotæ, propositiones partes proximæ.</p>
	<p><b>VI. Pars quoque</b> est vel <b>PRINCIPALIS</b> vel minus <b>Principalis</b>. <b>PRINCIPALIS</b> est ea partium integrantium, quâ ablatâ, etiam si reliquæ omnes maneant, totius essentiam destrui necessum est. Ut caput respectu hominis vel corporis humani. <b>MINUS PRINCIPALIS</b> est quælibet alia pars integralis, que auferri potest, salva ejus essentiâ. Ut manus vel pes comparatione corporis humani.</p>
	<p><b>VII. Denique</b> pars est vel <b>NECESSARIA</b>, vel <b>NON NECESSARIA</b>. <b>Necessaria</b> est, que ad essentiam, integratem vel complementum totius in suo genere per se &amp; intrinsecè requiritur. Et hujus nodi sunt omnes partes essentiales, tam materia, quam forma substantialis. Neque ex integralibus tantum pars <b>principalis</b>, sed &amp; <b>minus principalis</b> hic pertinet, quibus ablatis totum mancum &amp; mutilum redideretur. Quomodo partes necessariae corporis humani, praeter caput, etiam manus &amp; pedes existunt.</p>
	<p><b>Minus Necessaria</b> est, que neque ad essentiam, neque ad integratem, neque ad complementum totius in suo genere per se &amp; intrinsecè requiritur. Ideoque sive ad sit, sive absit, nihil ad illa omnia refert. Ita ad sacram scripturam, quatenus est regula fidei, non necessarii sunt omnes libri, quos sacer Codex habet. Sed si quid librorum ejus v. gr. Evangelium Marci abesset, nihilominus perfecta fidei regula foret. Nullus tamen extat liber Biblicalis, quin sit maximè utilis &amp; proficuus, scripturamque illustriorem atque perfectiorem reddat.</p>